per verbum quia ipse est filius virginis. ¶ Contra illud concessum est ex causa et veritate quia premissa apparet in quod mediante premisso oportet concedere quod hic homo est filius virginis. Alia ratio: negare quod aliqua fuit virgo de fortia, quia alias oportet concedere quod hic homo est, id est quod natus est de virgine et est formatus de purissimis sanguinibus sancte virginis, et ipsa adhuc est et ipse est, et tamen non est filius eiusdem virginis nec alterius creature, et tamen est novus homo non creatus de novo sed adtamen. ¶ Sed in melius videtur concedendum in hac causa quod hic homo dimissus est filius virginis. ¶ Disputando contra predicta ea[rum] arguitur primo sic intendendo: ¶ Iste aliquando non fuit filius virginis et nunc ipse est filius virginis, ergo aliquando incepit esse filius virginis, et ergo ipsa virgo incepit esse mater sua nunc. Ergo contradictio quod hoc fecit. ¶ Videndum est et concedendum est hoc fuisse quando filius dei dimisit illam naturam humanam scilicet in illa dimissione posita et nunc supposita, quia iam cepit esse homo et incepit tunc esse filius virginis. ¶ Tunc contra arguitur sic: quando verbum vel filius dei dimisit illam naturam vel illum hominem non propter tunc beata virgo concepit vel peperit illum hominem, ergo non tunc ipsa incepit esse mater huius hominis, nec tunc ipse incepit esse filius virginis. ¶ Videndum concedendum antecedens et negandum consequentiam, et causa est quia tunc in illa dimissione, id est quod virgo dudum concepit et peperit, incepit esse homo et incepit esse hic homo et filius. ¶ Sed arguitur quod ille homo non incepit esse filius virginis in illa dimissione quia propter tunc non incepit esse filius virginis, ergo hic homo fuit antequam esset filius virginis. ¶ Respondendo concedendo antecedens, et causa est quia et ille homo fuit antequam esset homo scilicet ante illam di-

missionem quia post incarnationem tunc ipse erat humanitas et non erat homo. ¶ Item arguitur adhuc contra ponentem predicta sumendo quod non est concedendum incarnatione posita quod ille homo est filius virginis, et arguitur sic: hic homo ante illam dimissionem non nascebatur de virgine quia non erat homo, nec propterea nascebatur de virgine ut notum est, ergo numquam nascebatur de virgine, ergo non est filius virginis. ¶ Videndo negando paritatem propter antecedens quando ille homo antequam nascebatur de virgine sed tunc non erat homo. ¶ Sed contra arguitur sic: ¶ Omnis qui nascebatur de virgine ante illam dimissionem suppositam erat Christus et solus, et ut sic nascebatur, sed hic homo numquam fuit Christus ut patet causa 2o, igitur hic homo non nascebatur de virgine ante illam dimissionem, et ille est filius in vocando. ¶ Secundo negando potest concedendo quod ante illam dimissionem aliquis nascebatur de virgine qui non est Christus nec fuit Christus. Vel arguitur aliter sic: ante illam dimissionem nullus preter Christum nascebatur de virgine, ergo si ille nascebatur de virgine, ille fuit Christus quod erat probandum et idem erat negatum causa 2o. ¶ Videndo negando assumptum, verum quoniam ante illam dimissionem fuit hec vera: nullus nascebatur de virgine preter Christum, propter incarnationem posito est falsa et negata et mutata de veritate in falsitatem, quia nunc verum est quod ille dimissus nunc nascebatur de virgine ut arguitur, sed contra illa numquam fuit vera: hic homo nascebatur de virgine, ergo non est verum quod ille nascebatur de virgine. ¶ Videndo, id est tamen, concedendo antecedens et negando consequentiam, ex causa quia adhuc quod est hic homo nascebatur de virgine scilicet hec humanitas huius hominis

que tunc non erat hic homo sed incepit esse
homo in dimissione posita in casu nostro
¶ Ad hoc arguitur quod si hec humanitas fuit
nata de virgine concessum est quod nas-
ceretur de virgine igitur ipsa fuit nata
virginis igitur ipsa fuit filia virginis et
per consequens ipsa fuit soror Christi ¶ Concedo
et dico quod si hic nata sit nomen et sit equivale
cum hoc nomine filia tunc nego consequentiam quamvis
nunquam dicitur fuit nata de virgine igitur fuit
nata virginis ¶ Si vero hic nata sit par-
ticipium tunc nego antecedens quamvis consequentia
igitur fuit filia virginis quia non omne quod
natum est de matre est filius vel filia
de matre, nam exeunt et nata sunt
[illegible] et facta manus et pes et cetera, neque
dicuntur filius vel filia ¶ Item arguitur ad hoc ad-
probandum sic primitus inquirendo tu con-
cedis quod ille est filius virginis, igitur virgo
est eius mater quia ipsa vivit. Et supp-
ponitur quod ipsa virgo peperit illum.
Ante itaque quam esset talis hic fuit. Ideo
quod virgo illum peperit Christum ideo ipsa
incepit esse mater ipsius et ipse incepit
esse filius eius, quando ipsa peperit Christum
et tunc contrarium dictum est in predicto casu, scilicet quod
in ista dimissione incepit esse mater
eius ¶ Ad primum nego consequentiam et quando primo
dico quod in illa dimissione quando scilicet id
quod beata domina nostra peperat scilicet hec huma-
nitas incepit homo et per consequens incepit
ita quod uno tempore peperit istum et alio
tempore incepit esse mater istius. Verumtamen
alio casu si miraculose sic fieret quod
mulier post fetum cum quo non infi-
ceretur in eo ipsa non inciperet esse
mater in partu sed post partum quando id
inciperet esse homo et filius et forsitan
ponitur exemplum de gallina respectu pullorum
quae incipit esse mater post quam peperit
sed de hoc non curo ¶ Ad hoc arguitur primo

A esse filius tunc ipsa eadem
virgo incepit esse mater istius

sic tu concedis quod in dimissione est filius virgi-
nis quam quod ille est filius virginis qui
nec est nec fuit Christus, sicut patet in eodem casu
et Christus fuit filius virginis, igitur beata virgo
habuit duos filios ¶ Ad primum et dico quod ipse
homo forsitan non debet concedi in illo
casu quod ipsa habuit nec peperit duos filios
sed concedo quod utrumque duorum peperit et quod
utrumque duorum fuit filius eius ¶ Contra
arguitur sic: beata virgo nunquam peperit
nisi semel et unico partu, igitur non peperit nisi
unum filium, igitur non utrumque duorum peperit
¶ Ad primum nego consequentiam et causa est quia eodem
et unico partu ipsa peperit duas res
scilicet Christum et hanc humanitatem que non
erat Christus et tunc ipse Christus fuit filius
eius et nunc in casu posito hec huma-
nitas quam ipsa virgo domina nostra peperat
est filius eiusdem virginis ¶ Sed contra
Christus fuit filius virginis et deinde ipse fuit
et est filius eiusdem virginis, igitur iste est
secundo genitus ¶ Ad primum nego consequentiam verumtamen
concedendum est quod ille fuit secundo filius sed
non fuit secundo genitus vel secundo natus quia
sicut dictum est non incepit esse filius per
nativitatem sed per dimissionem precedentem
in casu premisso ¶ Ad hoc arguitur quod beata
sic utriusque istorum duorum vel de istis duobus
scilicet de Christo et de illo homine fuit filius unius
virginis, igitur ipsi sunt vel fuerunt fratres
¶ Ad secundum nego consequentiam et causa est quia hic nomen
Christus ut suppono connotat naturam humanam
assumptam. Ideo posito casu predicto non
est concedendum quod Christus est unus filius dei
desiit esse Christus in illa dimissione quando
primo alius incepit esse homo ¶ Et sic nunquam fuit
verum quod Christus et ille homo sunt fratres
sed successive unus fuit filius virginis
deinde alter ¶ Item arguitur sic utrumque demon-
strato filio dei et illo homine fuit filius

virginis in illo casu fuit concessa conclusio quinto et utrumque illorum est verum quod ipsi sunt fratres nego quia licet filius dei fuit filius virginis in puncti tamen non ut patuit capitulo quinto ¶ Consequenter contra demonstratis filio dei et illo homine arguitur sic utrique illorum fuit filius virginis igitur haec virgo peperit duos. et tamen numquam peperit nisi semel nec isti sunt gemelli quo ergo quod sit dubium / Respondeo negando quia et communicatio virgo ipsa numquam duos peperit sed unum secundum exigentiam quod utrumque illorum peperit et hoc satis patet ex supradictis ideo non sufficiat contra dictum septimus casus /

Pone quod verbum divinum seu filius dei numquam assumpsit naturam creatam sed aliquando fuit unitus licet modo sit impossibile. et tamen possibile sive per potentiam dei absolutam quod naturam assumptam dimisit sicut ponebatur in casu praecedenti. Similiter quod nunc in tempore illo in quo filius dei non est unitus alicui naturae creatae supposita et ponatur quod die crastina ipse assumet filium berthe iam adultum. et quod hac facta filius dei vocetur christus tunc per ea quae superius sunt / et fuit declarata patet faciliter conclusio / ad unam quaestionem quae talis est utrum ante illam assumptionem haec sit vel fuit concedenda filius berthe scilicet ille assumendus erit christus ¶ Respondetur quod ille numquam erit christus nec ipse erit filius dei nec deus ¶ Ita quod istae conclusiones negandae sunt et patet ex dictis in capitulo secundo ubi ponebatur quod si filius dimitteret humanitatem / facta illa dimissione dicebatur quod ista non esset concedenda ille homo fuit deus demonstrato homine dimisso et per idem in casu nunc posito demonstrato filio berthe assumendo ista est neganda ille erit deus vel ille erit christus ¶ Si enim deus esset assumpturus creaturas humanitatem meam vel me in unitatem personae non propter hoc possem hodie dicere ego ero deus creatus immo hoc est impossibile ¶ Alia

quae est in casu nunc posito ante illam assumptionem utrum videlicet haec sit concedenda filius dei erit filius berthe et dico breviter quod non ¶ Sed quod in fine quarti capituli dictum quod haec est concedenda filius dei fuit filius virginis praeterito casu posito capitulo secundo igitur pari ratione et conformiter in casu nunc posito illa est concedenda de futuro filius dei erit filius berthe ¶ Item sic ante incarnationem christi in maria virgine haec erat vera filius dei erit filius virginis igitur in casu pari ratione haec erit concedenda filius dei erit filius berthe ¶ Respondeo negando utramque consequentiam et dico quod non est par ratio utrobique ¶ Et causa est quia in casu posito capitulo secundo haec est concedenda filius dei fuit filius virginis propter hoc quod aliquando fuit verum de praesenti scilicet supposito de filio dei id est filius virginis ¶ Sed in casu nunc posito numquam illa fuit vera de praesenti filius dei est filius berthe ut statim patebit in capitulo sequenti ideo haec non est concedenda filius dei erit filius berthe ¶ Capitulum nonum

alia quae in casu praemisso

acta vel sunt circa praefata assumptionem scilicet quod filius dei qui prius non erat unitus alicui creaturae nunc sit unitus alicui creaturae per assumptionem filii berthe adulti. hoc facto quaeritur utrum haec sit concedenda christus est filius berthe vel unus homo est filius berthe qui quidem homo est filius dei ¶ Breviter videtur quod non et hac probatio sic ¶ Iste puer vel iste homo seu ista persona numquam exivit de ventre berthe igitur etc. patet quia numquam fuit verum quod filius dei exivit vel nascitur de bertha ¶ Et bertha numquam peperit illum christum nec umquam peperit deum quod est vel sit ille christus igitur ille christus non est filius berthe antequam quod bertha ut supponitur non peperit nisi hanc humanitatem assumptam et partes eius

et hec humanitas non est nec umquam fuit
vel erit christus aut filius dei. Et con-
clara est quia in casu isto posito hoc
est necesse christus est filius berthe et con-
cedendum est quod ipse est deus et homo et filius
dei, sed non est filius hominis. Est hac arguatur
primo sic constructo illo casu vel posito
preter id quod est hic dictum. Tunc dicendum est quod
christus non filius virginis vel plus hic de
maria quam hic in casu nunc posito habet
de bertha. Patet statim, christus non hic
contraxit de maria carnem solido
vel est creata secundum carnem et hic christus nunc
positus tamen hic de bertha per casum pre-
missum scilicet carne quia qua ratione christus
non dicitur filius marie eadem ratione et hic
dicitur filius berthe. Et forte aliquis vel-
let adhuc videre dicendo quod christus
non hic carne tantum seu tollit ex
maria sed iste positus non hic carne
tantum vel tollit ex bertha. Sed tamen
hac ex utero suo seu marito berthe.
Et sic non est pater et filius tamen utrobique.
Istud non valet, primo quidem non solvit quia
talis responsio non tollet quin extracto saltem
saltem quod bertha et vir suus esset
pater et mater illius. Item per hac non
tollitur difficultas quia si addatur in casu
hoc scilicet quod bertha concepisset tantum
hominem sine viro sicut est possibile apud deum
tunc redit argumentum et sic non est
vera responsio sed cavillatio seu fuga vel
evasio. Ideo aliter dicendum et dico quod tamen hic
ille de bertha quam christus non de maria
sed ex hac non sequitur igitur si christus est ma-
rie filius quod ille esset filius berthe
et causa est quia licet tamen habeat ille quam iste
tamen non sicut quia humanitas christi fuit
assumpta a verbo ab instanti sue concep-
tionis in humanitate et ideo filius dei
fuit conceptus et formatus in utero marie
sed fuit hic de primo filius dei nascitur

de maria non autem sic esset in casu posito
de filio berthe cum ponatur assumptum cum
iam est adultus et ita in casu illo nun-
quam fuit hic de primo bertha peperit
filium dei sicut hec fuit beata maria peperit
christum in utero. Igitur christus non dicitur filius marie
et christus est hic non dicitur filius berthe. Secundo
arguitur contra conclusionem sic facta assumptione illa tunc
bertha potest dicere huic humanitati assumpte
tu fuisti filius meus et ego genui te. Igitur
potest dicere isti christo tu es vel fuisti filius
meus propter humanitatem. Respondeo negando
consequentiam quia licet bertha possit isti humanitati ipso
dicere ego te genui tu fuisti filius meus
tamen non potest vere dicere divino supposito quod est
ipse christus. Tertio arguitur sic de manata manu
humanus christi casu posito concedendum est quod hec
manus fuit in utero berthe et egressa
est de utero berthe et de lacte eius nutri-
ta et ita de aliis membris. Igitur totum hoc
corpus humanum est egrediebatur ex utero ber-
the. Igitur ille christus est vel fuit filius ber-
the. Respondeo negando assumptum et dico quod non
est concedendum in hoc casu quod hec manus fuit
in utero berthe. Immo numquam fuit in
utero berthe nec umquam egressa est
ex utero berthe. Sed bene concedendum est quod hec
humanitas precipue huius manus seu par-
tis humanitatis que est in hac manu fuit
in utero berthe sed ex hoc non sequitur igitur hec
manus fuit in utero berthe neque loquendo
simpliciter neque loco sed quod ut videbitur in casu
supposito. Item ad hoc arguitur quarto sic demonstrato
illo christo posito tunc per concessa
prius ille non est filius berthe et non est
aliquis alius gradus consanguinitatis in quo possit
dici quod attingat eidem berthe. Igitur secundum le-
ges positivas ipse posset cum ea matri-
monialiter contrahere quod videtur absurdum. Respondeo
et dico quod hic non posset contrahere matrimonium
cum bertha sed hoc non est ex eo quod id sit
prohibitum expresse ab aliqua lege positiva

Sed propter tamen legis positionem verum idem non
est verum propter hoc quod ipse sit filius aut
fuit berthe vel in alio gradu consanguinitatis
cum Sed hoc est propter hoc quod humanitas
illius fuit filius berthe id est habuit ad ber-
tham quasdam attinencias seu consanguinitatem
et nominatam / et propter hoc non habet nomen impu-
tum quia nunquam fuit nec erit aliqua
talis / Conformiter dico quod posito quod hec
humanitas ante huiusmodi assumpcionem scilicet cum
ipse erat filius berthe quod ipse filius
berthe habuisset uxorem et filios et fi-
lias dico quod nunc ista facta assumpcione
de medio ipso xpo concedendum est quod ille homo
non est nec fuit maritus alicuius uxoris
nec unquam genuit filium aut filiam nec
et nec fuit pater peregrinacionem Et tamen
post statim dictum est de ipso et bertha
quod ipse non posset contrahere cum aliqua illa-
rum filiarum et causa est quia humanitas ipsius
genuit eas et fuit pater earum sed non quia
ipsa humanitas non est suppositum ipsa non
est pater necessario nunc et ipse xpe cuius est
hec humanitas habet ad istas filias quasdam
cognitionem seu attinencias innominatam
Ad hoc articulum quarto sic et pono et postquam
verbum divinum assumpsit hanc humanitatem
preexistentem et que aliquo tempore fuit
homo divino unita et postmodum illud earum
dimittat et isto facto patet ex causa quarto quod
ille homo dimissus est filius berthe et prius
et ante assumpcionem fuit filius berthe et
medio tempore scilicet dum erat unitus verbo non fuit
filius berthe quia bertha bis genuit
vel peperit illum quod est contra casum Sed
ad dico quod non est inconveniens quod in primo
ille est filius berthe nec vero fiet
non incipiat esse vera peregrinacionem aut
pnatitez / sed per dimissionem huius huma-
nitatis a verbo et quidem dimissio potest
in isto articulo verum et est ibi causa possibile

quod aliquis sit filius guilli et postea mori- guilhelmi
atur vel annichiletur deinde veniente
guillo ille resurgat vel recreetur
tunc patet quod ipse erit 2a vice filius
guilli et erit verum quod bis ille fuit
filius guilli et tamen guillus non semel ge-
nuit eum istum / Capitulum decimum /
Alia que incidit premisso superiori
Articulo dictum est quod incidit premisso
illa non est concedenda xpe est vel fuit
filius berthe et hoc simpliciter et absolute
et sine addito nunc queritur 2 Utrum in
eadem causa possit et debeat concedi
salti secundum quid videlicet sic xpe est vel fuit
filius berthe secundum humanitatem / Et arguitur
sic nam postquam sequitur dens ethiops est
albus ergo et ethiops est albus secundum dentem
ita videtur sequi hec humanitas huius
xpi exivit de ventre berthe ergo ille
xpe exivit de ventre berthe secundum huma-
nitatem ergo secundum quid xpe est vel fuit filius
berthe Sed illarum quam tamen quod
prima non est concedenda xpe est vel fuit
filius berthe secundum humanitatem et causa huius
apparet ex solucione huius argumenti Sed
quod tamen quod due propositiones omnino non sunt
similes nam prima nunquam dicit dens ethiops
et ibi sunt omnes et omnes de presenti et
Sed illa 2a nunquam dicitur hec huma-
nitas huius xpi exivit de ventre
berthe ergo ille xpe exivit de ventre
berthe et antecedens est de preterito et
non habet cum nec omnes est concedendum quamvis
sit de preterito utrumque declaratur fal-
sum quia si dens ethiops fuisset
albus an quam esset dens ethiopis
et postmodum cum fuisset dens ethyo-
pis non sit dens albus statim patet quod
non sequitur dens qui nunc est ethiopis
fuit albus ergo ethiops est vel fuit
albus secundum dentem / patet et manifeste quod

quis est filius sic tunc impossibile appa-
ret pacto quod hec humanitas fuit filius
berthe · cum ipsa non fuit ad xpm
et nunc cum ipsa est ipsius et ipsa est non
filius nec filia berthe · nec ubi illa
cum 2a inquantum dicebatur hec huma-
nitas exivit exutero berthe quia xpc
per eam exivit exutero berthe ¶ Ad
hoc idem declaratur in 1o exemplo · quod ostendis
cum non ubi · et quod quis est filius et pri-
matus quod aqua inter fidat ancilla ·
et petrus vir suus quia petrus est vel
fuit vir mulieris quod et apparet quod quis
est necessario et simpliciter et tunc addicione
si diceretur petrus fuit vir mulie-
ris hoc huius mulieris ¶ Secundo aquas
quidem et quedam regule

Ex premissis patet satis apparere tunc ad
ostendum alias quas ubi gratia potest
quod filius dei assumpsit filium berthe
iam adultum ut puta 20 annorum qui
quidem filius berthe ante hanc assump-
tionem frequenter peccavit et erravit
sed hac assumpcione facta hac spiritus xpc
tunc non verum hec sit concessa ille xc
peccavit per hanc humanitatem et simili-
ter illa id est xc erravit per hanc
humanitatem tunc statim exclusis appa-
ret quod tales proposiciones non sunt concedende ut
simpliciter quod iste xc peccavit ut patet
ex eo non tali neque cum illa addicione
quod ille xpc peccavit per hanc huma-
nitatem ut apparet ex eo pretacti / Et ideo
apparet quod hec cum non ubi hec huma-
nitas peccavit quia xpc peccavit per
hanc humanitatem ¶ Et declarando com-
munius premissas 3es regulas
que locum habent in casu non potest
p r in similibus ¶ Prima est quod facta quod dicitur
de illa non assumpta de presenti dicitur
et de xpo id est per iam assumptam naturam

vel per humanitatem dicitur ubi ubi scilicet hec hu-
manitas est compacta ex carne et ossibus
igitur id est xpc est compactus ex carne et os-
sibus per hanc humanitatem ¶ Et ita de aliis
exceptis illis in quibus excipiuntur unionis · sed
ille proposicionis hec non fuit assumpta ab
vel unita quia et ¶ 2a regula est quod 2a
si facta quod dicitur de preterito de ista non
quantum ad illa que contingunt vel evenit
in prefata assumpcione · vel post ea dicitur
et de xpo ut si illa non fuit assumpta
nisi sit 20 annorum et tunc fuit lotata
tunc concedendum est quod ille xpc fuit lotatus
per hanc humanitatem et uniformiter de aliis
dictis quantum ad ea que contingunt ante-
quam filio dei univerit hanc humanitatem
¶ 3a regula quod facta quod dicitur de hac non
assumpta de preterito quantum ad ea que contin-
gunt ante eius assumpcionem absque ullo
dicitur de xpo isto nec simpliciter nec cum
addicione ubi non scilicet hec humanitas fuit
intumulatus vel fuit imberbis vel
nutrita de lacte igitur id est xpc fuit incu-
nabulis per hanc humanitatem et ita
de aliis non quis est necessario in illo casu
Similiter dicendum est de illis dictis quantum
ad ea que contingerent post huius nature
dimissionem · et iste regule satis patent
ex dictis capitulum precedentis ¶ Consequenter
contra predicta arguitur 12m

Sunt predicta arguitur primo sic ponatur quod
nunc sint · x · anni quod hec humanitas
fuit assumpta a verbo et tunc erat
30 annorum Tunc arguitur sic hec humani-
tas nunc est 30 annorum quia isto xpc
nunc est 30 annorum per hanc humanitatem
premissas regulas nunc predicatur quia quis
est dependens Et ulterius ille xpc est
30 annorum per hanc naturam igitur iste xpc
incepit esse vel fuit natus per hanc naturam

mo fuit 30 anni. Sed ipse fuit puer et
imberbis secundum hanc naturam et pari ratione
sequitur quod ipse peccavit et erravit secundum hanc
naturam quod est contra dicta in articulo praecedenti
et contra 3am regulam in eodem capitulo positam.
Ad secundum et ad primam confirmationem cum dicitur
haec humanitas nunc 30 annorum ergo
ille homo est 30 annorum et talis est quia ante
appareat vocaliter dependi nihilominus
tamen intentionalis ei correspondens est dependens
et quantum ad id quod contingit ante assumptionem
humanitatis non valet ab verbo quia sub istis terminis
est quod haec humanitas fuit nata iam
sunt praeteriti et elapsi 30 anni et ideo
apparet per 3am regulam supra positam quod
quamvis illa non valet. Sed tunc quaeritur in casu
illo quot annorum debeat dici ille homo.
Respondeo quod secundum veritatem ipse est aeternus ut patet
ex dictis in 1o capitulo. / Sed secundum in casu vulgo de
facto dicitur de domino nostro Ihesu Christo per communicationem
ydiomatum cum ipse tunc
esset 12 annorum et quod erat incipiens
quasi annorum 30 ita in casu posito nunc posito
diceretur quod ille homo est decem annorum
quia secundum humanitatem quae fuit decem anni
quod ipse incepit esse homo secundum eam et non tamen
non debet concedi quod ipse puer vel adolescens
vel quod umquam fuit puer ut patet per 3am
regulam supra positam. Verum est quod forte homo
imperite ita ut ipse diceretur esse tot annorum
quot annorum sunt communiter homines talis appa-
rentie talis complexionis seu talis virtutis
tunc posset concedi quod ipse sit aetatis 30 annorum
sicut diceretur quod adam fuit creatus in aetate
30 annorum. Tertio est questio articulus sic haec
humanitas domini nostri Christi est creata igitur iste
homo est creatus secundum hanc humanitatem et
contra per primam regulam quia ante est dependi.
Et ultra arguitur sic: Iste homo est creatus
secundum humanitatem igitur ille homo fuit creatus secundum
humanitatem igitur haec fuit quando humanitas
creata et ante quam ipsa esset assumpta.

igitur ad dicendum de praeterito de illo homine quod dicitur
de natura assumpta et de contingentibus ante
illam assumptionem quod est contra 3am regulam
positam in capitulo praecedenti. Et eadem ratione
posset dici quod iste homo peccavit et er-
ravit quod est contra dicta in eodem capitulo.
Ad 1m tamen negando consequentiam primam et consequentiam
eius et dico quod non tenet per primam re-
gulam et causa est quia haec propositio haec huma-
nitas est pura creata non est pure
dependi sed implicat unam de praeterito scilicet
quod ipsa aliquando fuit creata vel creabatur
et quando fuit ante eius assumptionem ab illo
et ideo apparet per 3am regulam supra posi-
tam quod quando non valet. Dico 1o quod in casu
posito haec est neganda ille homo est cre-
atus secundum hanc humanitatem. Sed arguitur
sic contra in casu quia de facto verum est et
de vero homine filio virginis ista est
vera homo est creatus secundum humanitatem ideo
quia homo est homo. Sed in casu posito supposito
ille homo est homo igitur ipse est creatus
secundum humanitatem. Respondeo negando assumptionem
secundum non ideo proprie homo est creatus
quia ipse est homo sed quia eius humanitas
fuit creata quando fuit assumpta vel
in eius assumptione ideo per 2am regulam
tamen conveniens Christo non sit ante
in casu posito nunc posito. Sed sic dicas
aliqua primo quod homo filius virginis ma-
rie non est creatus in quantum homo vel
secundum quod homo quia possibile est quod ipse sit homo tamen
ita quod non sit creatus / 2o dico quod tamen
in humanitate Christi fuit creata ante
incarnationem ideo non est concedendum quod homo
est creatus secundum naturam vel statim patet per
3am regulam. 3o dico quod tamen huma-
nitas includat materiam et formam forsi-
tan non est concedendum quod homo est crea-
tus secundum humanitatem. Sed concedendum est quod
est creatus secundum animam et quando anima est prior
pars humanitatis forte secundum hanc posset concedi

quod xpistus est creata secundum humanitatem. Sed contra
casum 13m aliquis arguens et componens istas sic:
Sit ita quod filius dei nunc non sit uni-
tus ypostatice alicui creature sicut
aliquando fuit unitus et nunc non est possibile
de potentia dei absoluta et tunc hoc sit
ita quod ipse filius dei assumat naturam
luciferi primi angeli dampnati quod est
possibile secundum doctores de potentia dei absoluta
et hoc satis videtur concedere apostolus ad Ebre-
os 2o ubi de filio dei sic inquit nusquam
enim angelos apprehendit sed semen
abrahe assumpsit. et ita apostolus negat
filium assumpsisse naturam angelicam de facto
et non de possibili / deinde suppono tale quid
possibile et forte necessarium quod si filius dei
assumeret naturam luciferi que nunc est
peccatrix et dampnata desineret in prima
assumptione esse peccatrix et dampnata
ponatur ergo quod filius dei iam assumpsit
illam naturam illius angeli et vocetur
illud suppositum xpistus et sic hoc nomen an-
gelus nomine nec sic et hoc nomen ho-
mo statim patet quod hic ponendo vere et
concedo filius dei est angelus per communicationem
ydiomatum sicut fuit dictum capitulo primo / in-
super de hac assumptione assumpta. Nunc queritur de pluri-
bus propositionibus verum in illo casu sint
concedende / primo de illa filius dei vel
iste xpistus est lucifer patet faciliter
quod non quia lucifer est nomen suppositi vel
suppositum et id in prima assumptione naturam
luciferi desiit esse suppositum unde
et ante illam assumptionem verum erat ista
lucifer erat filius dei vel lucifer
erit xpistus ut patet ex dictis capitulo 8o //
Iste queritur de illa filius dei est dampnatus
casu 10 / et patet statim quod ipsa est concedenda
necessaria quia hoc nomen dampnatus importat ma-
lum culpe quod quidem malum desiit esse
in prima assumptione ut dictum est statim
ante. Item queritur de ista filius dei vel iste
xpistus peccavit iste xpistus erravit iste fuit
dampnatus iste cecidit de celo et de consimili-
bus. Et pro dictis quod omnes tales sunt negande
ut patet ex dictis in capitulis 8o 9o et 11o / 2o
dico quod et in addicione dictis iste xpistus
peccavit secundum naturam angelicam et de talibus
vel de aliis omnibus talibus sunt negande ut patet ex
dictis in capitulis 10o et 11o. Item si postmodum
filius dei dimitteret istam naturam angeli-
cam dico quod post dimissionem ipsa esset
lucifer secundum esset sine peccato et non dampnatus
nisi denuo peccaret. Et possent alique
propositiones et vera similes que faciliter solve-
rentur visis premissis et maxime consideratis
aliquibus dictis in fine capituli quod est capitulum
13um alius casus cum propositione

Hic pono aliud casum item quod xpistus
vel filius dei non dimittendo aliquid
quod assumpsit in beata virgine nunc assu-
mat denovo aliquem hominem puta Wilhel-
mum in unitatem persone et vocetur ille
suppositum post assumptionem petrus et statim
ex dictis patet quod xpistus et petrus sunt
una persona. et quod petrus est xpistus et
quod petrus non est Wilhelmus et quod in xpisto
sunt due humanitates et quod potest esse
una illarum dormire et secundum aliam vigi-
lare et quod potest esse secundum unam illarum albus
et secundum aliam niger et de aliis contrariis
possunt duobus habitibus convenire et non re-
pugnare filio dei sed repugnat ei pec-
care aut decipi. Sed secundum inhac
casu verum debeat concedi quod xpistus
sit 2o homines vel 3es si tres assumeret
Dico sub correctione ecclesie quod hoc est
nomen suppositi forsan non debet concedi quod
xpistus est 2o homines secundum naturam debet concedi
quod est unus homo sicut est unica persona
et propter quod oportet ulterius concedere quod unus
homo habet plures humanitates secundum non est
unus per aliquam illarum secundum est unus per naturam

quia assumpsit et per naturam suppositata
vel ipse forte loquendo si talis casus accideret
oporteret uti nova gramatica concedendo quod
ille xpc est unus beatus vel quod ipse est
ipse et ipse Secundo arguitur adhuc contra casum
quod non est possibilis quia pari ratione potuisset
assumpsisse hanc humanitatem / ab instanti
conceptionis huius humanitatis in beatitudinem et
tunc sequitur quod ille xpc haberet duas matres
scilicet beatam mariam virginem et beatam annam igitur
et si ipse est unus ipse sequitur quod unus ipse haberet
duas matres ¶ Dico quod verum quod tali isto
posito haberet duas matres. nec est possibile
quod xpc habeat plures matres plures conceptiones
plures conceptiones per diversas huma-
nitates ut ¶ capitulum 11 ad casum contra
verum Ponatur quod xpc seu filius dei
non dimittendo quod iam assumpsit
nunc assumat matrem suam virginem in-
dividualiter persone et vocetur id suppositum maria
tunc ex dictis in precedenti capitulo / statim patet quod
xpc et maria sunt una persona et quod
xpc est vere et filia Et istud non est
impossibile quod multi doctores concedunt
verum quod est ... verum quod filius dei
potuit sic accipere vel assumere naturam ir-
rationalem ¶ sequitur quod ista est
possibilis quod ipse est asinus et xpc est asinus
¶ Sed nunc queritur in casu premisso utrum
sit concedenda xpc est mater sua vel illa
xpc genuit vel peperit seipsum / Dico quod
quia positum est in casu quod ipse assumpsit
matrem suam in individualitatem persone igitur ipse
est mater sua ¶ Item positum est quod ipse
est maria et maria peperit xpm et
et mater xpi igitur xpc est mater sua ¶ Dico
et dico quod in illo casu non est concedendum quod
xpc est mater sua ... de ... in 1°
xpc hec est ... hec maria peperit
xpm sed verum est concedendum quod hec huma-
nitas que fuit virgo maria peperit
xpm sed alia humanitatem quam deus an

ipse assumpsisset multos eiusdem humanitatis
nunc novit assumpte que fuit mater xpi
¶ Ad argumentum ad primum dico concedendo quod ipse assump-
sit matrem suam igitur ipse est mater sua
similiter quam fuit nata tamen xᵒ et negatur
impossibile et causa est quia ipse assumpsit
matrem suam sic intelligendo quod assump-
sit humanitatem que fuit mater sua. sed
ipse non est illa humanitas igitur non est
mater sua // Ad 2ᵐ dico concedendo quod iste ...
est maria verum est ¶ Sed est ... ex-
... nova ... quod ipse non
est humanitas illa que fuit mater xpi
ergo non est illa maria sed altera ma-
ria et ista possunt clarius apparere
considerat ... capitulum 16
alius casus contra ...

Nunc ponatur alius casus scilicet quod xpc
filius virginis marie aliquem genuit
ut generaliter ex secunda sic potuit esse sine
peccato quia fuit in statu innocentie
... et primi parentes alii habuissent pos-
teritatem quod generasset sine peccato et absque a-
liqua turpitudine seu in ...
sic igitur ita quod xpc aliquem genuit
et vocetur ille petrus / nunc autem ponatur
tunc hoc quod ipse assumpsisset seu assumpsis-
set in individualitatem suppositi et vocetur illud suppositum
petrus tunc statim patet ex dictis in capitulo
precedenti quod petrus et xpc sunt una persona
¶ Si queritur an petrus sit filius xpi et
persona faciet ... quod sic ex quo positum
est quod xpc assumpsit filium suum in-
dividualiter suppositi ¶ Et si conceditur tunc sequitur
quod xpc est filius suus et quod eadem persona
est pater et filius respectu eiusdem ¶ Dico et dico
quod illa humanitas per actum genita
fuit ipsa an illius assumptam et fuit
petrus ita quod petrus genuit petrum
et postmodum ... tempore assumpsit
eum tunc argumentum solutum ex dictis in pre-
cedenti capitulo Et ... quod petrus qui

qui est xpc nunquam fuit nec est filius
xpi sed humanitas hec humanitas que fuit
humanitas illius petrus fuit filius xpi.
et modo ipsa non est xpc nec filius xpi
Verum si nunc ipse xpc assumeret in unitate
persone duos homines adultos scilicet patrem
et filium / dico autem facta illa assumptio-
ne et demonstrato illo supposito id est supposito
quod est divinum non esset pater nec esset filius
nisi dei patris et beate marie virginis ratione
humanitatis alterius assumpte Et contra
conclusionem secundam ad propositionem arguitur sic nam
certum est quod illa humanitas que fuit pe-
tri tunc nunc post assumptionem predic-
tam non est petrus nec est xpc nec
est filius xpi tunc sequitur quod saltem hec
humanitas est filia xpi Et arguitur sic
xpc genuit hanc humanitatem ergo hec
humanitas est filia xpi Dicendo negando
consequentiam tamen est quod nunquam est filius vel filia
nisi sit suppositum Verum non sequitur iste ge-
nuit istam manum ergo ista manus est
filia istius et quia sicut dictum sit [illegible]
Verum illa humanitas desiit esse filius
quando desiit esse suppositum et quando desiit
esse ille petrus et quando desiit esse homo scilicet
quando fuit assumpta Verum et si ista huma-
nitas ante illam assumptionem fuisset
filia nichilominus in illa assumptione ipsa
desiisset esse filia Verum tamen concedendum
est quod in isto casu iste homo genuit
humanitatem suam Patet tamen iterum aliud
casum et alia quo

Tertio pono aliud casum et sit ita
quod duo homines primi ut puta titius
et bertha qui sunt vir et uxor
genuerunt unum puerum et ille petrus
et quod ab instanti conceptionis sue seu
formationis huius pueri filius dei assumpsit
ipsum in unitatem suppositi Tunc ex hoc se-
quitur quod petrus est xpc et hec
humanitas nunquam fuit ante eius as-
sumptionem et non fuit suppositum tunc
concluditur quod xpc qui est filius virginis
ita iste qui est ipsemet xpc est filius
titii et berthe et ipse nunc habet quod tres
habet patrem puerum et matrem vero duas
matres et secundum quod est filius dei habet deum
patrem Sed adde ulterius variando
casum unum casum capituli precedentis et pono
quod xpc noster qui est filius virginis ge-
nuit istum in bertha et tamen hoc quod as-
sumpsit eum ab instanti conceptionis sue
Et tunc statim patet ex dictis quod iste est
xpc non tamen [illegible] verum hec sit concedenda
iste est filius suus et primum non apparet quod sic
quod positum est quod hec humanitas non pre-
cessit assumptionem eius a verbo ideo sicut ille
est filius marie ita iste est filius
berthe Et similiter est filius suus et hec habet duas
matres scilicet quod habet duas humanitates et habet
secundum ipsum patrem scilicet alteram illarum huma-
nitatum utriusque assumptarum in casu Sed
contra hoc arguitur quia si ita est sequitur con-
ceditur quod eadem persona scilicet xpc respectu eius-
dem persone esset pater et filius Dicendo
quod licet id sit falsum et nunquam fuit nec
erit verum tamen non est impossibile Contra
hoc arguitur quod beatus augustinus primo de trinitate
reputat procedenti errore ad probandum
distinctionem personarum in divinis quod
deus est pater et deus est filius et impossibile est
quod idem gignat se secundum eandem naturam
Dicendo et concedo quod nunquam possibile est quod
idem sit pater et filius vel idem gignat
se secundum eandem naturam Sed modo nunc sic
xpc secundum unam naturam humanam est pater et
secundum aliam naturam seu humanitatem ipse est filius
et hoc est possibile nunc non ita est quod in
divinis non est pluralitas naturarum ¶ Sed ad
hoc contra quod pro ratione predicti quod ipse
deus est unica persona que persona
secundum divinitatem est pater et secundum humanitatem est
filius quod non fuit nec tamen pluralitate

pone psonarid indiuis et xpc est deus
et filius dei ¶ Secundo dico quod possibile est quod
persona dei patris assumeret naturam humanam
in una virgine sic fecit filius dei · et tunc
eadem persona secundum divinitatem esset pater et secundum huma-
nitatem esset filius et non filius dei ymo filius
virginis ¶ Et ideo non ut fertur magister
nicolaus ponitur in individuis pluralitas per-
sonarum ymmo abstractio individuis et trinitas
que dum cum incarnacionem fuit asserta pre-
bus gemita · et in multis verbis testa ti
passibus revelata sicut magister nicolaus
delira ingenue quadam multum pluries
declarat bene et sic alias omni instinct
simul quod philosophi antiqui in lumine naturali per-
ceperunt olim humani rei veritatem licet
tamen obscure et confuse et tamen per invictiore
errores ¶ Ca m 18 m / est quod cum casu posito
Volo nunc unum casum ponere primum
ex casu posito capitulo 2o et primum ex
una parte tamen primo capitulo 18o. Sit igitur ita
quod xpc aliquem genuit extra ut supponebat
bat capitulo 16. ita tamen quod numquam assumpsit
vel assumat eum in unitatem persone et vocetur
iste petrus qui est genitus tunc hec sunt
vera primo quod hec est concedenda petrus
est filius dei alius a xpo et tamen non est
secunda persona in divinis eo quod ipse petrus
est purus homo et non deus ¶ Item concedendum est
quod petrus est filius dei naturalis per generacionem
et filius xpc est filius dei naturalis per generacionem
et tamen ipse verbo ipsi non sunt fratres et causa
est quod xpc est filius dei secundum divinitatem
et per generacionem eternam · et petrus est filius
dei secundum humanitatem per generacionem tempo-
raneam et extrinsece ¶ Item petrus est filius
filii dei proprie et tamen deus pater non dicitur
avus patris quod generacio filii dei a patre
et generacio petri a filio dei sunt alterius
et alterius racionis nunc ante capitulum in racionando
ponatur quod post quam petrus istum xpm
generavit vel genuit et est adultus
quod xpc ipse dimittat naturam quam assumpsit
in unitate virginis et nunc non sit unitus
alicui creature sicut ponebatur in casu
tali et tunc illa natura dimissa maneat
tempore excedit capitulo quarto / quod ipse erit nunc
suppositum et purus homo vocetur igitur ille
homo Iohannes tunc sit prima quod in illo
casu utrum illa sit concedenda · petrus
est filius dei · et ista quod videtur habere
quod sit filius cum ponere posita capitulo 4to inquirebatur
utrum filius dei post dimissi-
onem humane necesse est filius virginis
tunc erat vel fuit filius ante illam
dimissionem ¶ Conformiter inquiri-
tur utrum filius dei post dimis-
sionem humane non esset pater illius tunc
erat pater quando erat unitus vel ante
illam dimissionem / ¶ Secundo sicut dicebatur
capitulo 4to non videtur possibile quod mulier habe-
at filium qui non sit homo ita nec videtur
concedendum quod homo habeat patrem qui non
sit homo et loco de primo dicto quod est
per generaciones extrinsece ¶ Item arguitur sic aliquod
scilicet filius dei erat pater petri secundum quod homo
vel secundum humanitatem et nunc non est homo
nec habet humanitatem igitur nunc non est
pater petri ¶ Item in casu posito quando
filius dei desinit esse homo ipse desinit
esse albus coloratus et sic de aliis de-
nominacionibus seu proprietatibus que sibi compete-
bant secundum quod homo ita quod non amplius conve-
niat in illis ydiomatibus igitur per eandem
racionem ipse desinit esse pater quod sibi compe-
tebat secundum quod homo / ¶ Item ipsius divinitatis
adhuc non est aliqua conformitas
sicut racionacio ut dictum fuit 4to capitulo
¶ Et contra hec arguitur sic iste qui fuit xpc
genuit petrum · sed filius dei est ille
qui fuit xpc igitur filius dei genuit
petrum / et ultra filius dei genuit pe-
trum ergo filius dei est pater petri
et petrus est filius dei ¶ Item petrus
habuit patrem et ille qui erat pater petri

adhuc est et petrus est igitur ille ad-
huc est pater petri et ipse est filius dei
Item in alia forma petrus adhuc
vivit et ille qui erat pater petri
adhuc est et petrus est igitur ille adhuc
est pater petri et ipse est filius dei
Item in alia forma petrus adhuc vivit
et ille qui erat pater petri quem genuit
eum adhuc vivit igitur petrus adhuc
habet patrem et tamen non est mortuus
Ad ista ad primum concedo totam consequentiam
primam cum suo antecedente et consequente scilicet quod
filius dei genuit petrum sed nec ideo
consequentiam nego infertur quod filius dei est pater
petri et causa est quia adhuc quod hec sit
vera iste est pater non solum requiritur
quod hec sit vera demonstrato ille genuit
sed adhuc quod ipse sit et vivat istam nam
sed quam genuit nunc autem non est ita
in casu premisso Ad secundum conformiter
concedo quod ille qui fuit pater petri adhuc est
sed ipse desiit esse pater ut dictum est
Ad tertium similiter concedo quod filius dei qui
fuit pater petri vivit Sed in casu
non concedo quod ipse vivat vita huma-
na et ille petrus non habet amplius
eum patrem quia illa quod in casu posi-
to causa igitur alius causa alia quod

Supposito casu premisso videlicet quod pe-
trus et Johannes sint duo puri ho-
mines et quod filius dei genuit petrum
qui erat vivus nec humanitate quam nunc
est ab eo dimissa et est ipse Jo-
hannes nunc queritur utrum ista sit con-
cedenda petrus est filius Johannis vel
Johannes est pater petri Et videtur quod sic
licet quod non appareat esse necessaria et causa est
quod adhuc quod aliquis dicatur pater requiritur
quod ipse genuerit nunc autem in casu
illo Johannes numquam genuit petrum
nec unum fuit demonstrati Johannes genuit
petrum nec quando petrus fuit genitus
hec erat vera xpistus genuit petrum et hec
erat falsa humanitas genuit petrum
quia xpistus genuit petrum sed humanitatem
quod actiones sunt suppositorum et sic per consequens
hec humanitas que nunc est Johannes nun-
quam genuit petrum igitur Johannes non est
pater petri Sed contra arguitur probo sic ille
pater dimissus est filius virginis marie
sic apparet ex casu [illegible] ille
est filius virginis tamen carnem quam contra-
xit ex humanitate virginis sed petrus
contraxit carnem ex humanitate Johannis
igitur per easdem rationes debet concedi quod petrus
est filius Johannis vel arguitur sic beata
maria virgo est mater humanitatis dimis-
se ita conformiter videtur quod petrus in
isto casu sit filius humanitatis dimisse que
est Johannes vel arguitur sic aliqua mulier
potest esse mater nec dimisse igitur potest
quod aliquis sit filius nec dimisse Sed ad
concedo quod Johannes est filius virginis
marie Sed dico quod non per istud quod
xpistus contraxit carnem vel originem ex
humanitate virginis sed cum hec quod virgo
genuit concepit peperit eum nunc autem
in casu illo non est concedendum quod Johannes
genuit petrum vel xpistus genuit petrum
et per consequens humanitas que nunc est
Johannes non generabat sed xpistus generavit
sed humanitatem quia actiones sunt
suppositorum et xpistus erat suppositum
et hec humanitas non igitur non est eadem
causa [illegible] Sed ad aliam formam ar-
gumenti dico quod beata virgo est mater humanitatis
dimisse ita conformiter etc dico quod non
est simile propter causam predictam Sed ad aliam
formam cum dicitur aliqua mulier etc
concedo et quod aliquis potest esse filius non di-
misse sed possibile est quod ~~...~~ Johannes
aliquem generet sed in casu posito non
est verum quod Johannes generavit et tamen verum

est quod virgo ipsum genuit et cum huius
est quia demonstrato Johanne hec est
beata virgo genuit et peperit
hanc humanitatem quia quam assumebatur
ipsa concipiebatur et quam pariebatur
iam erat assumpta et sic possibile est
quod deus generetur concipiatur et quod non est
suppositum nec filius nec filia sed non est
possibile quod aliquid generaret nisi sit suppositum
et humanitas Johannis quamdiu fuit
unita verbo ipsa non erat suppositum nec
potens generare sed deum est ¶ 2o ar.
ad 2m principaliter sic demonstrato Johanne con-
cedendum est quod ex humanitate que est Jo-
hannes fuit decisum semen unde formatus
est petrus a qua habet humanitatem traxit
petrus originem secundum carnem igitur petrus
est filius Johannis ¶ Item concedendo dicens et
nego consequentiam et causa est quia ad hoc quod aliquis
sit pater alterius duo requiruntur simul
unum quod ille alter traxerit originem secundum
carnem de substantia illius qui dicitur dici pater
Aliud est quod ille qui dicitur dici pater ge-
nuit eum et quia in casu isto petrus
non traxit originem secundum carnem in casu
isto de substantia filii dei et tamen filius dei
genuit istum petrum ideo petrus non
est filius filii dei ut patet ex causa parti-
cipatis antequam verbum dimitteret
humanitatem hanc petrus esset filius filii
dei ut patuit in primo casu precedentis
Rursum quia in isto casu Johannes non ge-
nuit petrum quamvis petrus traxerit ori-
ginem secundum carnem de substantia Johannis Ideo
non est concedendum quod petrus est filius Johannis
2o ar. adhuc sic petrus traxit ori-
ginem secundum carnem ex semine de corpore de-
cisa Johannis igitur petrus attinet Johan-
ni et sic non videtur quod Johannes pos-
set contrahere cum petro si petrus
fuisset filia igitur attinet ei sed non videtur

attinere petro in alio gradu con-
sanguinitatis nisi sit eius pater igitur Johannes est pater
petri ¶ Concedo et dico quod concedendum
est quod Johannes attinet petro car-
naliter tamen ubi ipse sic si fuisset pa-
ter eius et tamen non est pater ut dictum est
nec in alia consanguinitate quia numquam fuit
et propter hoc illa attinentia est innomina-
ta sic in alio casu dicebatur prius
Filii capitulo 4 et alie consequentias Capitulum 20m
Ultra premissa adhuc ad maio-
rem declarationem pono alios casus
in primo sit ita quod christus filius dei in-
carnatus genuerat petrum et postquam
dimisit humanitatem assumptam que
nunc est Johannes ut positum est in casu
18o quod ipse nunc assumat aliquem
alium hominem similiter et propone et post-
ea generet unam filiam tunc consequenter
verum hec filia sit soror petri
¶ Secundo quod non quia quamvis ille idem qui
genuit petrum genuit hanc filiam
et ipsa est filia eius tamen petrus non
est filius eius qui genuit eum ut
patet capitulo 18o ¶ Et tamen quia filius dei
genuit petrum secundum unam humanitatem
et secundum hanc humanitatem genuit hanc
filiam ut patet quod non sequitur iste genuit
istum et illam igitur isti sunt soror et
frater ¶ Item ponatur quod postquam filius
dei incarnatus genuit petrum
et postquam dimisit humanitatem quam assump-
serat quod licet ipse petrus generet unum
2m et quod filius dei ab initio con-
ceptionis huius geniti assumpsit eum
tunc patet quod iste homo qui est filius
dei est filius petri et hoc patet
ex dictis capitulo 19o ¶ Et ideo iste
posset dicere petro ego te generavi et
fuisti filius meus nunc autem tu non
